Credo in unum Deum,
Patrem omnipotentem,
factorem caeli et terrae,
visibilium omnium.
Et invisibilium.
Et in unum Dominum,
Jesum Christum
Filium Dei unigenitum,
et ex Patre natum,
ante omnia saecula.
Deum de Deo, lumen de lumine,
Deum verum, de Deo vero.
Genitum, non factum,
consubstantialem Patri :
per quem omnia facta sunt.
Qui propter nos homines,
et propter nostram salutem,
decendit de caelis.
Et incarnatus est, de Spiritu sancto,
ex Maria Virgine :
Et homo factus est.
Crucifixus etiam pro nobis :
sub Pontio Pilato
passus, et sepultus est.
Et resurrexit tertia die,
secundum Scripturas.
Et ascendit in caelum :
sedet ad dexteram Patris.
Et iterum venturus est cum gloria,
judicare,
vivos et mortuos :
cujus regni non erit finis.
Et in Spiritum sanctum, Dominum,
et vivificantem :
qui ex Patre Filioque procedit.
Qui cum Patre et Filio simul adorat**ur**,
et conglorificatur :
qui locutus est per Prophetas.
Et unam, sanctam, catholicam,
et apostolicam *E*cclesiam.
Confiteor unum baptisma,
in remissionem peccatorum.
Et expecto resurrectionem mortuorum.
Et vitam venturi sa**e**culi. *A*men